

**Livello A: tempo di esecuzione 90 minuti, senza dizionario. Ogni risposta vale un punto; VALUTAZIONE:**

**A1: 75% del punteggio totale della prima parte (primi 5 esercizi 24/32); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.**

**A2: 75% del punteggio totale 33/44, di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7)**

### **De verā nobilitate pars 1 Summarium**

*Complures antiqui viri, quamquam ex humili origine nati sunt, gloriam obtinuerunt ex operibus suis, vel sapientiae, vel militiae, vel doctrinae.*

1	Marcus Porcius Cato, a quo Porciae <b>gentis</b> proles cognomen atque originem traxit, apud Tusculanum vicum agresti quidem tugurio <sup>1</sup> natus est. Huius tamen tanta fuit in urbe dignitas atque auctoritas, <b>ut</b> omnes saeculi sui <sup>2</sup> praestantes viros antecellēret <sup>3</sup> . Profecto <sup>4</sup> clarus et rei publicae salutaris <sup>5</sup> , non minus etiam litterarum quam militiae <sup>6</sup> curiosissimus, <b>hic</b> in tantā
5	civium veneratione fuit, ut sapientiā suā ordinem senatorium auxērit, et ipsam quoque senatus maiestatem <b>suo</b> splendore decoravērit <sup>7</sup> .
	<u>Nonne Marium a parentibus infimis<sup>8</sup> paene sordidissimum ortum<sup>9</sup> traxisse novimus?</u> Deinde tanta in eo probitas <sup>10</sup> et virtus floruit, ut in bello Iugurthino primum Metelli consulis quaestor fuērit, deinde ipsi in consulatu successērit, in quo tam fortiter versatus est <sup>11</sup> , ut
10	Iugurtham ipsum et Bocchum Mauritaniae regem, qui auxilium Iugurthae attulērat, <u>primum victos fugavērit</u> , deinde multa oppida Numidiae <b>cepērit</b> ; <u>tandem, capto Iugurthā et Romam</u> ante currum producto <sup>12</sup> , <u>ingenti gloriā triumphavit</u> .
	<u>Socratem vero</u> , unicum decus <sup>13</sup> humanae sapientiae, <b>cuius</b> doctrinā omnium philosophantium scholae illustratae sunt <sup>14</sup> , quo nemo umquam mortalium doctior aut sapientior Apollinis
15	oraculo iudicatus, <u>mater obstetrix<sup>15</sup> et marmorarius<sup>16</sup> pater genuit</u> .

#### **Glossarium**

<sup>1</sup> tugurio	humili sede, loco
<sup>2</sup> saeculi sui	aetatis suae
<sup>3</sup> antecellēret	superaret
<sup>4</sup> profecto	sine dubio
<sup>5</sup> salutaris	qui profuit
<sup>6</sup> militiae	exercitus
<sup>7</sup> decoravērit	illustrem fecērit
<sup>8</sup> infimis	humilibus
<sup>9</sup> sordidissimum ortum	humilem originem
<sup>10</sup> probitas	integritas, honestas
<sup>11</sup> tam fortiter versatus est	animum tam fortem habuit
<sup>12</sup> producto	ducto
<sup>13</sup> unicum decus	mirabilem honorem
<sup>14</sup> illustratae sunt	honoratae sunt
<sup>15</sup> obstetrix	mulier quae curat pueros generandos
<sup>16</sup> marmorarius	faber, operarius, qui marmor tractat

1. Completa la parafrasi del testo, inserendo al posto giusto 6 parole scelte tra le 12 di seguito elencate (6 punti)

De verā nobilitate adsunt exempla Marci Porci Catonis, qui Romae maximam auctoritatem habuit; C. Marii, qui \_\_\_\_\_ rediit, de Iugurthā triumphaturus; Socratis, qui \_\_\_\_\_ et sapientissimus fuit omnium philosophorum.

Cato, quamquam humili loco natus, tamen tam magnam \_\_\_\_\_ consecutus est, ut ad ordinem senatorium perveniret. Marius, qui ex infimis parentibus natus erat, probitate et \_\_\_\_\_ omnes superavit, ita ut quaesturam et consulatum adiērit. In bello Iugurthino, cum hostes fugavisset, multaue Numidiae oppida \_\_\_\_\_, deinde cum in patiam redisset, de Iugurtha triumphavit. Socrates autem, a matre obstetrice ac patre marmorario \_\_\_\_\_, doctrinā suā sapientissimus putatus est Apollinis oraculo.

1. Gloriam	4. Pessimus	7. Cepit	10. Natus
2. Tantum	5. Virtute	8. Fecit	11. Doctissimus
3. Auctoritatis	6. Romam	9. Cepisset	12. Genuit

2. Scegli vero o falso (6)

1. Marcus Porcius Cato originem traxit a Claudiā gente	V	F
2. In bello Iugurthino Iugurtha et Bocchus Marium vicērunt	V	F
3. Marius Metello in consulatu successit	V	F
4. Cato et Marius ex claris parentibus nati sunt	V	F
5. Socrates ipse marmorarius fuit	V	F
6. Apollinis oraculum mortalium sapientissimum Socratem iudicavit	V	F

3. Si scelga la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti).

**1. Quae fuērunt Catoni virtutes?**

- a. fortitudo et pulchritudo
- b. nequitia et calliditas
- c. dignitas atque auctoritas
- d. claritas ac salus

**2. Marcus Porcius Cato curiosissimus fuit...**

- a. magis litterarum quam militiae
- b. minus litterarum quam militiae
- c. magis militiae quam litterarum
- d. tam militiae quam litterarum

**3. Quid traxit Marius a parentibus?**

- a. infimam novitatem
- b. novissimum avum
- c. humilem originem
- d. sordidum hortum

**4. Quid Marius egit post bellum Iugurthinum?**

- a. in consulatu Metello successit
- b. Romae ingenti gloriā triumphavit
- c. probitate et virtute floruit
- d. quaestor Metelli consulis fuit

**5. Quis Bocchus fuit?**

- a. Numidiae rex
- b. Iugurthae socius
- c. auxilium Romanorum
- d. victor Mauritaniae

**6. Quis Romae triumphavit?**

- a. ingens gloria
- b. Iugurtha
- c. Marius
- d. consul Metellus

**7. Socrates natus est...**

- a. nobili loco
- b. ex humilibus parentibus
- c. e patre nobili, sed matre servā
- d. paucas philosophantium scholas inlustraturus

**8. Socrati fuit...**

- a. oraculum sapientiae
- b. pater Apollo
- c. mater obstetrix
- d. iudicatus marmorarius

**4. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte (8 punti)**

1. r. 1 **Gentis** è:

- a. dativo plurale
- b. genitivo singolare
- c. ablativo plurale
- d. accusativo plurale

2. r. 3 **Ut** introduce una subordinata:

- a. consecutiva
- b. comparativa
- c. temporale
- d. finale

3. r. 4 **Hic** è:

- a. avverbio di luogo
- b. nominativo singolare del pronome riferito a Catone
- c. nominativo plurale del pronome riferito ai 'cives'
- d. aggettivo del pronome riferito a Catone

4. r. 6 In **suo splendore**, il possessivo 'suo' ha come referente (= chi possiede lo *splendor*):

- a. civium
- b. maiestatem
- c. senatus
- d. Cato

5. r. 7 **Nonne**:

- a. è un vocativo riferito al destinatario della domanda

- b. introduce una interrogativa retorica per cui si aspetta come risposta 'sì'
- c. introduce una interrogativa retorica per cui si aspetta come risposta 'no'
- d. introduce una interrogativa diretta a risposta incerta

6. r. 11 **Cepërit** è:

- a. futuro II (o anteriore) di 'capio'
- b. indicativo perfetto di 'capio'
- c. congiuntivo perfetto di 'capio'
- d. indicativo presente di 'cepero'

7. r. 11 **Romam** è:

- a. oggetto del verbo transitivo
- b. accusativo di moto a luogo
- c. locativo
- d. accusativo di stato in luogo

8. r. 13 **Cuius**:

- a. ha come antecedente 'Socratem'
- b. ha come antecedente 'sapientiae'
- c. è un nesso relativo
- d. ha come antecedente 'decus'

**5. Trasforma le forme verbali evidenziate, inserendole nel nuovo contesto (4 punti).**

A. R. 7: Nonne Marium a parentibus infimis paene sordidissimum ortum traxisse novimus?  
Auctor quaerit nonne Marium a parentibus infimis paene sordidissimum ortum traxisse

\_\_\_\_\_

B. Rr. 10-11: [Marius Iugurtham ipsum et Bocchum] primum victos fugavërit.  
[Marius] postquam [Iugurtha ipse et Bocchus] \_\_\_\_\_, eos fugavit.

C. Rr. 11-12: Tandem, capto Iugurthā (...), ingenti gloriā triumphavit.  
Tandem, cum Iugurtha \_\_\_\_\_, ingenti gloriā triumphavit (**cum narrativo**)

D. Rr. 13-15 Socratem vero (...) mater obstetrix et marmorarius pater genuit (gigno, -is, genui, genitum, gignëre).  
Socrates vero (...) a matre obstetrice et a marmorario patre \_\_\_\_\_

## De verā nobilitate, pars 2 Summarium

*De vera nobilitate disseritur, quae non ex genere nascitur sed ex animo.*

1	<p><u>Quis igitur, ingenii compos<sup>1</sup>, tot illustrium virorum claritudinem sordidam aut ignobilem dicere ausus est? Necessesse est aut nusquam<sup>2</sup> in mortalibus esse nobilitatem, aut illorum omnium fuisse nobilissimos, quorum ingenia ac vires industriā et omnium optimarum artium disciplinā non modo praeter ceteros<sup>3</sup> novērunt, sed paene usque ad divinitatem produxērunt<sup>4</sup>. Non itaque contrahitur<sup>5</sup> ex genere nobilitas, verum ex insitā animi virtute. Multi enim clarissimis viris geniti, adeo flagitiose ac turpiter<sup>6</sup> vixērunt, ut eos non modo illustres, verum<sup>7</sup> obscuros vocare meritum sit<sup>8</sup>. Superioris Africani filius Scipio, nonne paternam probitatem<sup>9</sup> ignaviā suā superavit, qui ab Antioco rege captus, turpissime supplex iunctis manibus vitae spatium<sup>10</sup> rogavit?</u></p>
5	

### Glossarium

<sup>1</sup> ingenii compos	mente sanus
<sup>2</sup> nusquam	nullo loco
<sup>3</sup> praeter ceteros	optime
<sup>4</sup> produxerunt	duxerunt
<sup>5</sup> contrahitur	nascitur, venit
<sup>6</sup> flagitiose ac turpiter	pessime, scelerate
<sup>7</sup> verum	sed
<sup>8</sup> meritum sit	iustum sit
<sup>9</sup> probitatem	honestatem, bonitatem
<sup>10</sup> vitae spatium	vitam

### 6. Inserisci negli spazi vuoti le forme mancanti, flettendole come il contesto richiede (6 punti).

Nemo qui insanus non sit gloriam illorum illustrium virorum contemnere audet. Mortalibus nulla est nobilitas, nisi quae summo studio et maximā \_\_\_\_\_ obtinetur. Nobiles homines non solum sapientissimi omnium sunt, sed paene divinam scientiam attingunt. Genus nobilitatem non facit, sed animus: qui nobilis \_\_\_\_\_, in animo suo summam virtutem habet.

Multi \_\_\_\_\_ ex illustribus parentibus nati sunt, tamen tam scelestam et turpem \_\_\_\_\_ egērunt, ut \_\_\_\_\_ nobiles eos appellare possit, sed ignobiles et obscuros. Narrant illum Scipionem, qui filius Maioris Africani fuit, patri suo virtute non parem fuisse. Ille enim, ut vitam \_\_\_\_\_, turpiter supplicavit Antiocum regem, qui eum captivum cepērat.

qui, quae, quod	servo, -as, -avi, -atum, -are
nemo, neminis	sum, es, fui, esse
scientia, -ae, f.	vita, vitae, f.

### 7. Trasforma le forme verbali evidenziate, inserendole nel nuovo contesto (6 punti).

A. (Rr. 1-2) Quis (...) claritudinem sordidam aut ignobilem dicere ausus est?

Quaero quis claritudinem sordidam aut ignobilem dicere \_\_\_\_\_

B. (R. 2) Necessesse est aut nusquam in mortalibus esse nobilitatem

Oportet ut nusquam in mortalibus \_\_\_\_\_ nobilitas

C. (R. 5) Non itaque contrahitur ex genere nobilitas

Nemo itaque ex genere nobilitatem \_\_\_\_\_

D. (R. 6) Multi enim clarissimis viris **geniti**, adeo flagitiose ac turpiter vixērunt  
Multi enim qui clarissimis viris \_\_\_\_\_ flagitiose ac turpiter vixērunt

E. (Rr. 6-7) Multi (...) adeo flagitiose ac turpiter **vixerunt**, ut eos non modo illustres, verum obscuros vocare meritum sit  
Multos non modo illustres, verum obscuros vocare meritum est, cum illi flagitiose ac turpiter \_\_\_\_\_ (**cum narrativo**)

F. (Rr. 8-9) [Scipio] ab Antioco rege **captus**, (...) vitae spatium rogavit.  
Scipio cum ab Antioco rege \_\_\_\_\_ vitae spatium rogavit (**cum narrativo**)

**1. Completa la parafrasi del testo, inserendo al posto giusto 8 parole scelte tra quelle mancanti**

De vera nobilitate adsunt exempla Marci Porci Catonis, qui maximam auctoritatem habuit, C. Marii, qui (6. Romam) rediit, de Iugurtha triumphaturus; Socratis, qui (12. Doctissimus) et sapientissimus fuit omnium philosophorum. Cato, quamquam humili loco natus, tamen tam magnam (1. Gloriam) consecutus est, ut ad ordinem senatorium perveniret. Marius, qui ex infimis parentibus natus erat, probitate et (5. Virtute) omnes superavit, ita ut quaesturam et consulatum adiērit. In bello Iugurthino, cum hostes fugavisset, multaue Numidiae oppida (9. Cepisset), deinde cum in patriam redisset, de Iugurtha triumphavit. Socrates autem, a matre obstetrica ac patre marmorario (10. Natus), doctrinā suā sapientissimus putatus est Apollinis oraculo.

**2. Scegli vero o falso (6)**

7. Marcus Porcius Cato originem traxit a Claudiā gente	V	F
8. In bello Iugurthino Iugurtha et Bocchus Marium vicērunt	V	F
9. Marius Metello in consulatu successit	V	F
10. Cato et Marius ex claris parentibus nati sunt	V	F
11. Socrates ipse marmorarius fuit	V	F
12. Apollinis oraculum mortalium sapientissimum Socratem iudicavit	V	F

**3. Si scelga la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti).**

**1. Quae fuērunt Catoni virtutes?**

- a. fortitudo et pulchritudo
- b. nequitia et calliditas
- c. dignitas atque auctoritas
- d. claritas ac salus

**2. Marcus Porcius Cato curiosissimus fuit...**

- a. magis litterarum quam militiae
- b. minus litterarum quam militiae
- c. magis militiae quam litterarum
- d. tam militiae quam litterarum

**3. Quid traxit Marius a parentibus?**

- a. infimam novitatem
- b. novissimum avum
- c. humilem originem
- d. sordidum hortum

**4. Quid Marius egit post bellum Iugurthinum?**

- a. in consulatu Metello successit
- b. Romae ingenti gloriā triumphavit
- c. probitate et virtute floruit
- d. quaestor Metelli consulis fuit

**5. Quis Bocchus fuit?**

- a. Numidiae rex
- b. Iugurthae socius
- c. auxilium Romanorum
- d. victor Mauritaniae

**6. Quis Romae triumphavit?**

- a. ingens gloria
- b. Iugurtha
- c. Marius
- d. consul Metellus

**7. Socrates natus est...**

- a. nobili loco
- b. ex humilibus parentibus
- c. e patre nobili, sed matre servā
- d. paucas philosophantium scholas inlustraturus

**8. Socrati fuit...**

- a. oraculum sapientiae
- b. pater Apollo
- c. mater obstetrix
- d. iudicatus marmorarius

**4. Scegli la risposta esatta tra quelle proposte (8 punti)**

1.b. / 2 a. / 3 b. / 4 d. / 5 b. / 6 c. / 7 b. / 8 a.

**5. Trasforma le forme verbali evidenziate, inserendole nel nuovo contesto (4 punti).**

- A. R. 7: Nonne Marium a parentibus infimis paene sordidissimum ortum traxisse novimus?  
Auctor quaerit nonne Marium a parentibus infimis paene sordidissimum ortum traxisse NOVERIMUS.
- B. Rr. 10-11: [Marius Iugurtham ipsum et Bocchum] primum victos fugaverit.  
[Marius] postquam [Iugurtha ipse et Bocchus] VICTI ERANT/SUNT, eos fugavit.
- C. Rr. 11-12: Tandem, capto Iugurthā (...), ingenti gloriā triumphavit.  
Tandem, cum Iugurtha CAPTUS ESSET, ingenti gloriā triumphavit (**cum narrativo**).
- D. Rr. 13-15 Socratem vero (...) mater obstetrix et marmorarius pater genuit (gigno, -is, genui, genitum, gignere).  
Socrates vero (...) a matre obstetrice et a marmorario patre GENITUS EST.

**6. Inserisci negli spazi vuoti le forme mancanti, flettendole come il contesto richiede (6 punti).**

Nemo qui insanus non sit gloriam illorum illustrium virorum contemnere audet. Mortalibus nulla est nobilitas, nisi quae summo studio et maximā scientiā obtinētur. Nobiles homines non solum sapientissimi omnium sunt, sed paene divinam scientiam attingunt. Genus nobilitatem non facit, sed animus: qui nobilis **est**, in animo suo summam virtutem habet.

Multi **qui** ex illustribus parentibus nati sunt, tamen tam scelestam et turpem **vitam** egērunt, ut **nemo** nobiles eos appellare possit, sed ignobiles et obscuros. Narrant illum Scipionem, qui filius Maioris Africani fuit, patri suo virtute non parem fuisse. Ille enim, ut vitam **servaret**, turpiter supplicavit Antiochum regem, qui eum captivum cepērat.

**7. Trasforma le forme verbali evidenziate, inserendole nel nuovo contesto (6 punti):**

- A. (Rr. 1-2) Quis (...) claritudinem sordidam aut ignobilem dicere ausus est?  
Quaero quis claritudinem sordidam aut ignobilem dicere AUSUS SIT
- B. (R. 2) Necesse est aut nusquam in mortalibus esse nobilitatem  
Oportet ut nusquam in mortalibus SIT nobilitas



- C. (R. 5) Non itaque **contrahitur** ex genere nobilitas  
Nemo itaque ex genere nobilitatem CONTRAHIT
- D. (R. 6) Multi enim clarissimis viris **geniti**, adeo flagitiose ac turpiter vixerunt  
Multi enim qui clarissimis viris GENITI SUNT/ERANT flagitiose ac turpiter vixerunt
- E. (Rr. 6-7) Multi (...) adeo flagitiose ac turpiter **vixerunt**, ut eos non modo illustres, verum obscuros vocare meritum sit  
Multos vocare non modo illustres, verum obscuros vocare meritum est, cum illi flagitiose ac turpiter VIXERINT (**cum narrativo**)
- F. (Rr. 8-9) [Scipio] ab Antioco rege **captus**, (...) vitae spatium rogavit.  
Scipio cum ab Antioco rege CAPTUS ESSET vitae spatium rogavit